



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 66. Franciæ Regis edictum pro administranda justitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Sæcul. XVI
A.C. 1560.

missionis, ac obedientiæ testificationibus nomine Principis sui exhibitis respon- dit, ac postea de rei summa agens Cæ- faris iussu Papam rogabat, ut Concilium oecumenicum convocare, hocque modo Ecclesiæ malis remedium opponere vel- let, cum id in præsenti rerum vicissi- tudine eo facilius foret, quo felicius omnes Christiani Principes mutua pace conjuncti essent. Ad hæc Legato re- posuit Pontifex: jam prior ea, quæ Cæ- far postulat, exequi decreveram, hanc- que ob rem nuper Cardinales convo- cavi, nunc vero Pontifex factus Syno- dum celebrari ardentius, quam unquam desidero, atque ad id me juramenti religione adstrinxii, cum vero in hoc negotio ingenti opus sit prudentia, ne in easdem impingatur difficultates, in quas alios incidisse memini, hinc ne- cessaria excogitare oportet media, ut speratus exinde fructus colligi possit.

§. LXVI.

Franciæ Regis edictum pro admini- stranda justitia.

Thuan. l. 24. num. 6. *Mezeray abrégé chron. tom. 5. p. 24.* **E**nimvero Pontifex pro parte sua cum Franciæ, & Hispaniæ Legatis hac de re agebat: verum difficultates, quæ celebrando Concilio obstabant, su- perare maximi moliminis opus erat: præcipue enim obsistebant Galli, in quo-

IV.
nibus
espon-
s Cæ-
ilium
modo
e vel-
icissi-
licius
pace
o re-
e Cæ-
nanc-
onvo-
Syno-
quam
nenti
hoc
, ne
s, in
c ne-
it.

nini-

cum
hac
tes,
su-
rat:
in
quo-

quorum Regno ob Religionis dissidia Sæcul. XVI.
cuncta sus deque vertebantur, ac pe- A.C. 1560.
riculosa conflabatur conjuratio, cui plu-
res generis nobilitate conspicui jamjam
nomen dederant, eoquod die prima
Januarii Franciæ Rex legem promulgaf-
set, vi cuius sanctum, ut judices spe-
ctatæ integritatis, & eruditionis in su-
premis regni curiis, & inferioribus sub-
felliis constituerentur, hinc in posterum
penes ipsos judices, cum aliquis
in locum demortui sufficiendus esset,
jus foret, tres probitate, & juris scientia
conspicuos nominandi; ex quibus quem
vellet, Rex deligeret. Id sancte ac fa-
lutariter decretum ex Francisci Olivarii
suasu, ac multoties postea repetitum
fuit: ast quo minus locum habuerit,
aulicorum ambitione, & avaritia effectum
est, qui emolumentum ex muneribus
publicis ac dignitatibus pretio nequiter
æstimatis, & turpiter divenditis captan-
tes, ad augendum, sicuti jactabant,
principis Ærarium pravis edictis judi-
cum numerum in immensum multipli-
carunt.

§. LXVII.

Ambasianæ coniurationis initia.

Interea Proceres majorem semper in- Thuan. l. c.
dignationem palam exerebant, æger- Bellef. l. 6.
rime ferentes, quod publica regni ad- cap. 8.

A a 3 mini-